



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 7. Gregorii se defendit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

Sæcul. XV.  
A. C. 1408.

Vading. an.  
1410. n. 19.

p. 40.

Lib. 3. c. 15.  
Sup. l. 70.  
§. 35.

Th. Niem.  
Labyr. c. I.  
p. 284.

Universitatis, magnusque numerus Doctorum, civium, aliorumque de populo.

Doctor Joannes Parvus erat Normannus patria, & ex Ordine Minorum: nihilominus in exordio sermonis sui de suo in Burgundiæ Ducem studio sic reddit rationem; Tres abhinc annos ei mea jura vi obsequia: tribuitque mihi largam pensionem annuam, unde haud modicam sumptus mei partem capio. In orationis corpore inter alia illud defendit, licere cuilibet privato tyrannum perimere: additque: Hujus rei veritatem stabilio duodecim rationibus in honorem duodecim Apostolorum. Tum laudat Joannem Salesburinum: & vero is annos abhinc ducentos quadraginta in suo Politico hunc errorem sustinuerat. Denique Joannes Parvus rem transfert in Ducem Aureliæ, in quem atrocia crimina conjicit; at sine argumentis convincentibus. Ita comparati erant celebres illius temporis Doctores.

§. VII.

*Gregorii Cardinales novi.*

Duodecima Januarii hoc anno 1408 edebantur Christianis omnibus inscriptæ Regis litteræ de obedientia Gregorio, ac Benedicto neganda post anniversariam Ascensus Domini diem 24 Maji. Sed prius orta est inter illos, & Cardinales



les eorum dissensio. Cum Gregorius Sæcul. XV.  
A. G. 1408.  
animum induxisset, ut verni jejunii tem-  
pore quosdam sacra ornaret purpura: Cardinales cum eo Lucæ agentes id tam  
naviter dissuadebant, ut rem differret us- c. 33. p. 370.  
Schism. l. 3.  
c. 31.

que in tertiam a Paschate Dominicam. Sed tum redibat ad propositum: neque tamen vel precibus, vel minis poterat Cardinales ad consensum adducere: coibant potius, & jurabant, nunquam a se agnitum iri collegas, quos ille adungere ipsis vellet. At vero Gregorius quarta hebdomade, die Mercurii 9 Maji in absentia Cardinalium, sed coram nonnullis Præsulibus ob id unum accitis quatuor Cardinales fecit, ac sequente sabbato ex more in senatu publico declaravit.

Novorum Cardinalium priores erant duo nepotes Papæ, nempe Antonius Corrarius ex ipsius fratre, atque Gabriel Condelmerius ex ejusdem sorore nati. Per Heliot. Ord.  
Relig. to. 2.  
p. 537. Bonifacii IX auctoritatem, & litteras mense Martii anno 1404 jam simul cœperant ad veterem sanctimoniam revocare cœnobium S. Georgii Venetiis *in Alga* situm; unde venit quædam Canoniorum societas, quæ stetit amplius annis ducentis quinquaginta. Antonio Corrario suus patruus officium Camerarii Ecclesiæ Romanæ, titulum Patriarchæ Hierosolymæ, ac episcopatum Bononiæ, ut jam dixi, contulit: sed hunc ille ob urbis seditio-

Ughel. to. 2.  
p. 36.



Sæcul. XV.  
A. C. 1408.

nem contra suum patrum possedit nunquam; & anno 1412 abdicavit, pensionem aliquam reservans sibi: obtinuit templum S. Chrysogoni: vocabatur vero Cardinalis Bononiensis.

Gabriel Condelmerius jam a Gregorio Sacrae Sedis thesauro praefectus, ac Senarum Episcopus Senensium ingratis decretus, modo titulum ab aede S. Clementis traxit, factus postmodo Papa Eugenius IV. Tertius fuit Joannes Dominicus Florentinus ex Ordine Praedicatorum celebris verbi divini Praeco, & unus ex iis, qui palam negabant Gregorium posse salva religione abscedere pontificatu. Et vero per illum evasit Ragusinus Archiepiscopus, modo Cardinalis Presbyter de S. Sixto. Quartus, Jacobus Utinensis dictus ex patria sua agri Forojulienensis urbe, Archigrammateus Apostolicus, modo Cardinalis Diaconus de templo S. Mariae Novo.

§. VIII.

*Cardinalium antiquiorum appellatio.*

*Th. Niem.*  
*ibid. § 1. 3.*  
6. 32.

Hac illorum promotione offensi gravissime Cardinales veteres aliquot diebus non adibant Papam; nec suos Collegas novos agnoscebant. Cardinalis Leodiensis die Veneris 11 Maji sub lucis ortum pone duos focios perfonatus Luca exit;